



Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput XXII. De consideratione humanæ miseriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

non dubium, quin te ferventius
emendares.

Si etiam futuras inferni, sive pu-
gatorii pœnas cordialiter perpendas,
res, credo, quod libenter labore nec
& dolorem sustineres, & nihil rigo-
ris formidares.

Sed quia ad cor ista non tran-
eunt, & blandimenta adhuc amamu-
ideo frigidi, & valde pigri reman-
imus.

6. Sæpe est inopia spiritus, undi-
tam leviter conqueritur miserum
corpus.

Ora igitur humiliter ad Dominum
ut det tibi compunctionis spiritum
& dic cum Propheta: *Ciba me De-
mine pane lachrimarum, & potum
mihi in lachrimis, in mensura.*

C A P U T XXII.

De consideratione huiusmodi misericordie

i. **M**iser es, ubicunque fueris, o
quocunque te verteris, nisi
ad Deum te convertas.

venti Quid turbaris, quia non succedit
tibi, sicut vis & desideras?

ve p. rpende labore alrig. Quid turbaris, qui habet omnia secun-
dum suam voluntatem? Nec ego,
nec tu, nec quis hominum super-
terrā.

Nemo est in mundo sine aliqua
tribulatione vel angustia, quamvis
Rex sit, vel Papa.

reman. Quis est, qui melius habet? utique
qui pro Deo aliquid pati valet.

s, und niseru minu oiritu me D otum 2. Dicunt multi imbécilles, & infirmi: Ecce! quam bonam vitam ille
homo habet, quam dives, quam ma-
gnus, quam potens, & excelsus?

Non est hominis felicitas habere
temporalia ad abundantiam: sed suf-
ficit ei mediocritas.

Vere miseria est, vivere superter-
ram.

Qu

Quan-

60 *De Imitatione Christi*

Quanto homo voluerit esse spiritualior; tanto præsens vita fiet ei amarior, quia sentit melius, & videt clarius humanæ corruptionis effectus.

Nam comedere, bibere, vigilare, dormire, quiescere, & laborare, & cæteris necessitatibus naturæ subiecta; vere magna miseria est, & afflictio homini devoto, qui libenter esset absolutus, & liber ab omnibus peccato.

3. Valde enim gravatur interior homo necessitatibus corporalibus in hoc mundo.

Unde Propheta devote rogat, quatenus liber ab istis esse valeat, dicens: *De necessitatibus meis erue me Domine.*

Sed vœ non cognoscentibus suam miseriam: & amplius vœ illis, qui diligunt hanc miseram, & corruptibilem vitam.

Nam in tantum quidam hanc amplectuntur (licet etiam vix neceſſaria)

Liber I. Caput XXII. 61

spiri-
fiet ei
videt
defe-
gilare
re, &
subja-
t, &
liben-
b om-
terior
ous in
rogat
aleat
s eru
suam
s, qui
rupti
c am-
ecessit
ria

ria laborando, aut mendicando ha-
beant) ut, si possent hic semper vi-
vere, de regno Dei nihil curarent.

4. O insani & infideles corde, qui
tam profunde in terris jacent, ut ni-
hil nisi carnalia sapiant!

Sed miseri adhuc in fine graviter
sentient, quam vile, & nihil erat,
quod amaverunt.

Sancti autem Dei, & omnes de-
voti amici Christi, non attenderunt,
quæ carni placuerunt, nec quæ in
hoc tempore floruerunt: sed tota spes
eorum & intentio ad æterna bona
anhelabat.

Ferebatur totum desiderium eorum
sursum ad mansura, & invisibilia, ne
amore visibilium traherentur ad in-
fima.

5. Noli frater amittere confiden-
tiam proficiendi ad spiritualia: ad-
huc habes tempus & horam.

Quare vis procrastinare proposi-
tum tuum? Surge, & in instanti
incipe, & dic: *Nunc tempus est fa-*

D *cien-*

62 *De Imitatione Christi*

*ciendi, nunc tempus est pugnandi
nunc aptum tempus emendandi.*

Quando male habes, & tribularis,
tunc tempus est promerendi.

Oportet te transire per ignem
& aquam, antequam venias in re-
frigerium.

Nisi tibi vim feceris, vitium non
superabis.

Quamdiu istud fragile corpus ga-
rimus, sine peccato esse non posse-
mus, nec sine tædio, & dolore ve-
vere.

Libenter haberemus ab omni m-
feria quietem; sed quia per pecca-
tum perdidimus innocentiam, am-
fimus etiam veram beatitudinem.

Ideo oportet nos tenere patientiam,
& Dei expectare misericordiam;
donec transeat iniquitas hæc
& mortalitas absorbeatur a vita.

6. O quanta fragilitas humana
quæ semper prona est ad vitia.

Hodie confiteris peccata tua,
cras iterum perpetras confessa.

Num



Nunc proponis cavere, & post horam agis, quasi nihil proposuisses.

Merito ergo nosipos humiliare possumus, nec unquam aliquid magni de nobis sentire; quia tam fragiles, & instabiles sumus.

Cito etiam potest perdi per negligentiam, quod multo labore vix tandem acquisitum est per gratiam.

7. Quid fiet de nobis adhuc in fine, qui tepescimus tam mane?

Vae nobis, si sic volumus declinari ad quietem, quasi jam pax sit, & securitas, cum necdum appareat vestigium veræ sanctitatis in conversatione nostra.

Bene opus effet, quod adhuc iterum instrueremur, tanquam boni novitii, ad mores optimos: si forte spes effet de aliqua futura emendatione, & majori spirituali profectu.